



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

Denunciationis Form. XLIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

## Sententiae Declaratoriae.

## FORMULA XLII.

**A**Ttentis comparatione, & instantia R. Parochi Ecclesiae N. & depositionibus testium per eum inductorum ex quibus constat, P. N. Ordinis N. ministraſſe, & ministrare præsumptiſſe N. laico ſeculari infirmo Sacramentum Euchariftiae (vel extremæ Unctiōnis) abſque ejusdem Parochi ſpeciali licentia, dicimus, & declaramus, prænominatum P. N. incurriſſe excommunicationem contentam in Clementina L de privil. Papæ reservatam, & ut à subditis noſtris vitetur, eſe publicè denunciandum prout nos per affiſionem Cedulonum denunciari volumus, & mandamus.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares administrantes infirmis ſecularibus Sacra menta Euchariftiae, vel extremæ Unctiōnis fine Parochi licentia, censuras incurru nt, & ab Ordinario denunciari poſſunt, & nū. 2. 3. 4. & 5.  
6 Privilegium alicui Ordini Regularium confeſſum ministrandi tempore infirmitatis ſecularibus Sacra menta pre dicta, non ſuffragatur cæteris Regu-

- laribus, per ſolam generalem comunicationem.  
7 Regulares contravenientes Clementinæ i. de privileg. poſſunt denunciari excommunicatiſſe monitione, vel cum monitione, & num. 8. & 9.  
10 Regulares delinquentes in administra tione Sacra mentorum, puniuntur ab Epifcopo jure delegato.  
Narratur vexatio, & patientia Au toris.

## Denunciationis

## FORMULA XLIII.

**H**IC auſtoritate ordinaria, ut à subditis noſtris evitetur, denunciatur, & declaratur excommunicatus excommunicatione majori Papæ reservata P. N. Ordinis N. Ex eo, quia abſque ulla licentia proprii Parochi ausus fuit contra prohibitionem Sac. Canonum ministrare N. laico ſeculari infirmo, Sacra mentum Euchariftiae (vel extremæ Unctiōnis) precipimus propterea omnibus noſtræ Curæ ſubjectis, ut illum evitare curent, neque ad divina admittant, aut ei ave dicant, ſub pœniſis, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

VEL

## V E L.

**C**on autorità ordinaria, acciocche sia dalli nostri sudditi evitato, si denuncia, e dichiara Scommunicato di scommunica maggiore riservata al Sommo Pontefice, il P. N. dell'Ordine N. perche senza alcuna licenza del proprio Parroco, ha havuto ardire contro la prohibitione de' sacri canoni, d'amministrare ad N. laico secolare infermo, il Sagramento dell'Eucaristia (ò dell'estrema Unzione) Si comanda per tanto a tutti alla nostra cura spirituale soggetti, che debbano evitarlo, e di non ammetterlo alle cose Sacre, e Divine, nè di comunicare con esso sotto pena, &c.

N. Vescovo N.

Luogo  del Sigillo.

N. Attuario.

## ADNOTATIONES.

**E T MINISTRARE PRÆSUMPSTIS:**  
SE. Attenta d. Clementinæ clara dispositione, non ambigitur, quod si à Regularibus violetur, possint ab Ordinario excommunicati denunciari: imò debet hoc facere, prout sibi injungitur illis verbis *quos etiam locorum Ordinarii, illis postquam de hoc eis confiterit, excommunicatos faciant publice denunciari*: & probant auctoritates, & Decreta allegata par. 1. tit. 6. ad form. 20. num. 16. hoc tamen sane debet intelligi, quando nulla, nec expresa, nec saltem præsumpta accedit Parochi licentia, tunc enim Regulares, dicta Sacraenta ministrando, vere dicuntur præsumere: at si quis laicus saecularis jam jam esset animam expiratus, & copia

**2** Parochi haberi non posset administrandum viaticum, vel ungendum Sacro oleo infirmum tunc posset Regularis Sacerdos hæc Sacraenta ministrare, absque ullius excommunicationis incursu: quia in hoc casu ratihabitio Parochi statim clare præsumeretur, Graff. dec. aur. par. 1. lib. 4. c. 20. n. 6. Lauret. de Franc. contr. par. 2. quæst. 6. vers. duodecimo, Medic. in sum. peccat. par. 2. q. 78. num. 164.

Si autem Regulares Clementinæ violatores ad se excusandum dicerent, prædicta Sacraenta infirmis saecularibus mi-

nistrasse ignoranter bona fide, & sub crudelitate suorum privilegiorum (quidquid sit dicendum in foro conscientiae) hæc excusatio in foro externo, non admittitur, quia ignorantia facti, & non juris excusat, c. *ignorantia de regul. jur. in 6. privilegia vero, quibus Regularibus conceditur, ut possint Eucharistiam ministrare fidelibus omni tempore præterquam in die Paschatis, non extenduntur administrationem viatici tempore infirmitatis, nisi de hoc fiat expressa mentio, ut fatentur Pal. qualig. ad contr. Lauret. de Franc. part. 2. quæst. 25. num. 2. & Passerin. de stat. bom. tom. 2. quæst. 187. art. 1. num. 940. & n. 988. in fin. (plus æquo defensores acerimi Regularium privilegiorum) juxta declarationem Leonis X. in Concilio Lateranensi factam, de qua in Bullar. tom. 1. Conf. 22. §. 7. ubi sic habetur --Eucharistie verò, & extrema Unctionis, aliquam Ecclesiastica Sacraenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decadentium confessiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitus coram Notorio publico facta doceatur: & plures declaravit Sac. Congr. Concilii, nempe in Nullius 19. Septemb. 1637. in Ripana 13. Februarii. 1652. & in Gerunden. 13. Febru-*

bruarii 1694. Pignatell. consultat. 306.  
tom. I.

6 Privilegium hoc speciale , ministrandi scilicet tempore infirmitatis hospitibus , etiam sacerdotalibus extraneis Sacra menta Eucharistiae , & extremae Unctionis , aliqui ordini Regularium concessum , non suffragatur ceteris Regularibus per solam generalem communicationem privilegiorum : quia cum sit contra jus commune , & Bullam predictam Leonis X. à Concilio Lateranensi approbatam , & involvat præjudicium Parochorum , nunquam censetur communicatum , nisi specialiter , & expresse concessum sit , ut probant auctoritates , & Decreta , quæ ad hoc firmandum allegata sunt , par. 2. tit. 13. ad form. 4. n. 33. 34. & seqq.

7 Denunciari volumus . Denunciatio , & publicatio hujus censuræ juxta rigorem hujus Clementinæ fieri potest absque ultra monitione , ut colligitur ex supra notatis verbis -- postquam de hoc eis constitutis excommunicatos faciant publicè denunciari : nihilominus cum detur casus in quo juxta DD. sententiam admittitur excusatio , & in quo Regulares administrantes possunt se tueri speciali privilegio , tutius est præmittere monitionem -- ad dicendum causam quare non debet denunciari excommunicatus , hæc enim monitio hic non turbat Regularium exemptionem , Passerin. de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. art. 10. num. 782. ubi invitus admittit , quod Regulares contravenientes Clementinæ , possint citari , & excommunicati denunciari : quia concessum consequente , videtur etiam concessum antecedens , sine quo consequens obtinet re non potest , ut de hac eadem censura loquendo magis libenter fatetur Pirhing. in jus can. lib. 5. tit. 33. n. 149. vers. notandum ultimo .

8 Quod si Regularis transgressor ab Ordinario monitus ad dicendum causam quare , &c. licentiam Parochi expressam , vel saltem de jure præsumptam habuisse , vel de privilegio non doceat , poterit ( si Ordinario ita expedire videatur ) excommunicatus denunciari , appellazione , & ceteris frivolis excusationibus non attentis , juxta terminos casus in Neapolitano 5. Junii 1700. in quo cum Monachus Olivetanus ministrasset Sacramentum extremae Unctionis , sine licentia Parochi , Hospiti laico sacerdotali commoranti in Monasterio , & ad se excusandum afferret particulas librorum Monasterii , ex quibus apparebat fuisse plures aliis sacerdotalibus ibidem infirmis à Monachis d. Sacramentum administratum , & ideo ipsum illud administrasse bona fide , & cum credulitate id sibi licere , & nullam incurrisse excommunicationem : imo Archiepiscopum , qui cum excommunicatum denunciaverat non obstante appellatione interposita ad A. C. nulliter processisse prætenderet : proposita causa sub d. die in plena Congr. Concilii responsum fuit -- Censuras sustineri , & detur facultas Ordinario absolvi in forma privata .

9 Et hic nota , quod si Regulares alio modo delinquerent in administratione Sacramentorum , possent ab Episcopo tanquam Sedis Apostolice Delegato puniri vigore Constat. Greg. XV. quæ incipit In servabili , per extensem à me datæ par. 1. in Appendice pag. 305. prout firmavit Rot. in Firmana jurisdictionis 10. Maii 1700. coram R. P. D. Molines Decano , quam pariter dedi par. 2. in Appendice dec. 40. pro cuius , & aliarum paucarum decisionum reimpresione , ad opus faciendum additarum , vexationem ab Impressore Camerali humiliatus sustineo , & dico patienter -- Domine vim patior , responde pro me quia autem me vexat , ut vincat canit ,

Flebile si nequeo Superos , Acheronta movebo .

potens enim est . Verum plena Camera iustitia , & æquitate Principe digna , lite ultrâ biennium protracta , & post plura damna passa ab injusta vexatione me liberavit .

De excommunicatione contenta in Clementina 1. de sent. excom.

Quia nonnulli DD. Morales Ordinum Regularium sustinere perperam nituntur , quod eorum privilegia , quibus concedebatur ut pro suis , festis , vel aliis certis diebus , non tenerentur servare Inter-

terdicta, non fuerint à Concilio Tridentino revocata: contingit aliquando, quod horum opinione freti, Interdicta localia generalia per Ordinarios promulgata,

Regulares non servant: Unde quatenus casus eveniat, constito de Interdicti violatione, ad sequentem declaratoriam deveniendum erit.

## Sententiæ Declaratoriæ.

## F O R M U L A X L I V.

**V**I sis relatione, instantia nostri Promotoris Fiscalis, & testium depositionibus, ex quibus constat PP. N. N. Ordinis N. in eorum Ecclesia non servasse interdictum generale per Nos promulgatum in loco N. quod matrix Ecclesia d. loci servat, sed illud, publicè celebrando, laicis saecularibus sanis Eucharistiam ministrando, & cadavera sepeliendo violasse, illos ad observantiam Decretri S. Concilii Trid. c. 12. sess. 25. de regular. reducere cupientes, tanquam incurvos in excommunicationem Clementinæ 1. de sent. excom. dicimus, & declaramus prænominatos PP. N. & N. esse publicè denunciandos, prout denunciari volumus, & mandamus ut ab omnibus nostræ jurisdictioni subjectis evitari debeant, & possint, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Actuarius.

## S U M M A R I U M.

- 1 In facto notorio pro instructione Judicis requiritur processus facti.
- 2 Citatio ad dicendum causam quare, requiritur ex urbanitate, etiam in facto notorio.
- 3 Nemo presumitur velle delinquere sine causa.
- 4 Datur forma citationis ad exhibendum privilegium.
- 5 Privilégia Regularibus concessa ante Concilium sunt revocata.
- 6 Regularibus allegantibus privilegium nisi illud exhibeant, non est credendum.
- 7 Regulares tenentur observare Interdicta ab Episcopo promulgata non obstante contraria consuetudine.
- 8 Interdictum locale generale non est

- Regularibus intimandum, nisi ad cautelam.
- 9 Regulares administrantes Sacramenta saecularibus sanis, tempore Interdicti, ab Episcopo possunt puniri.
- 10 Episcopus pro observantia Decretorum Concilii, potest censuris Regulares punire, & n. 11. 12. & 20.
- 13 Regulares Censuris quando delinquent, ab Ordinario coercendi, & non aliis ponis, & allegantur rationes, & num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
- 21 Cui licet, quod est plus, licet quod est minus.
- 22 Quando non liquet de violatione Interdicti, & dubium est, est supercedendum in denunciatione censuram.

De.